

tiam percipiunt, de dei rebus quæ⁹ sua sunt, querunt, et unde ipsum muneris largitorem colere debuerant, inde arrogantie suæ simulachra erigunt. Denique cum pro his et aliis humane presumptionis adinventionibus intentata¹⁰ divinitus flagella perversorum non edomant obstinationem, irritatus¹¹ malis nostris dominus per comminantem /

fol. 2^v

nobis propheticum sermonem ... {averit} ... {d}iebus antiquis servos¹² meos prophetas misi ad eos de nocte consurgens et mittens, et nec sic audierunt me. Quia igitur verterunt ad me dorsum¹³ et non faciem ...^a quoque iram¹⁴ meam brevi sermone conclude, ut quoniam terra plena est iudicio sanguinum – omnes enim in sanguine iudicantur^b, fundentes innoxium sanguinem – sic ipsorum etiam cruor effundatur, et plena iniquitatis civitas demonstretur. Veniet namque illis conclusio, ut nullus de imminentium miseriarum evadere possit exitio. Hęc est conclusio miseranda, preceptorum contemptoribus nequaquam contempnenda, sed omni sagacitate precavenda. Quam vos, Christi sponsę, quia mature timuistis, ne quando incurratis, prudenter procurastis, quę non solum ornamenta monilium, quibus maxime in¹⁵ superbiam abutuntur filię Babylonis, sed et alias vanitatum illecebras virili animo respuistis.

a) in der Lücke stehen zwei oder drei Buchstaben: cum? olim?

b) iudicant Hs.

9) *Philipp. 2,4*: non quae sua sunt singuli considerantes; *ebd. 2,21*: omnes enim sua quaerunt, non quae sunt Christi Iesu.

10) *Ambrosius, De officiis ministrorum III 15 § 93, ed. Mauricius Testard, CC 15 (2000) S. 188, 24f.*: divinitus intenta supplicia.

11) *Regula s. Benedicti prol. § 7, ed. Adalbert DE VOGÜÉ / Jean NEUFVILLE, La règle de saint Benoît 1 (Sources chrétiennes 181, 1972) S. 414*: dominus iniritatus a malis nostris.

12) *Ier. 29,19*: eo quod non audierint verba mea, dicit dominus, quae misi ad eos per servos meos prophetas de nocte consurgens et mittens et non audistis, dicit dominus.

13) *Ier. 18,17*: dorsum et non faciem ostendam eis.

14) *Hieronymus, In Ezechielem II 7, ed. Franciscus Glorie (CC 75/1, 1964) S. 86, 1059-1068*: Igitur o propheta, iram meam super terram Iudaeam et super urbem Hierusalem brevi sermone conclude: ut, quomodo terra plena est iudicio sanguinum – omnes enim in sanguine iudicantur, fundentes innoxium sanguinem ..., – sic ipsorum quoque fundatur cruor, et plena iniquitatis civitas demonstretur ... Venietque eis conclusio ..., ut nullus de imminentibus miseriis possit evadere; *ebenso Hrabanus Maurus, In Ezechielem V 7, Migne PL 110, Sp. 617CD*.

15) *Iob 24,23*: dedit ei deus locum paenitentiae et ille abutitur eo in superbiam.